Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Quoniam prevenisti eum in be
nedictionibus dulcedinis: posuisti i
capite eius coronam de lapide pre
tioso. Vitam petiit a te tribu
isti ei: longitudinem dierum in seculum
et in seculum seculi. Magna est gloria ei
in salutari tuo: gloriam et mag
num decorem impones super eum. Quo
dabis eum in benedictionem in seculum seculi:
letificabis eum in gaudio cum vultu
tuo. Quoniam rex sperat in domino:
et misericordia altissimi non commouebitur.
Inuenietur manus tua omni
inimicis tuis: dextera tua inueniat
omnes qui te oderunt. Ponies
eos ut clibanum ignis in tempore
vultus tui: dominus in ira sua confu
dabit eos. et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes:
et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in me ma
la: cogitauerunt consilia quae non
potuerunt stabilire. Quoniam pones
eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis
vultum eorum. Exaltare domine
in virtute tua: cantabimus et
psallemus virtutes tuas. Gloria. ℟.
Domine in virtute tua letabitur rex. ℣. Exul
tare domine in virtute tua. Cantabimus et psal.

Tempe hyemali. ad laudes Antiph.
Alla. alleluia. aleluia. alla. alla. alla. ℟.
Dominus regnauit. ~~cui ecclie~~. ℣. ad laud.

Aeterne rex condidisti noctem diemque
quatenus et tempus dans tuis ut alleluia
psallant. Precedente diei tam sonat noctis pe
riunde pueri gallicinia lux viantibus a noc
te noctem segregans. Hic excitatus
lucifer solvit polum caligine hoc omnis
erroris chaos viam nocendi deserit. Hoc
nauta vinos colligit pontique mitescunt
fluctus hoc tuis petrus ecclie canente culpas

deluit. Surgamus omnes strenue gal
lus iacentes excitat et somnolentos increpat
gallus negantes arguit. Gallo
canente spes redit egris salus refundit
mucro latronis conditur lapsis fides reuiuit.
Flentes relinquere et nos in dendo com
ge si respicis lapsi stabunt stetique cul
pa solutur. Gallus lux refulsit sensibus
mentisque somnum dissipat te nunc uox
primum sonet et nota solutamus te. Pe
nit. ℣. In manibus due medicabor inte.
Quia fecisti ad. Tempe estiuali. Ad lau. Lxxxxvi

Dominus regnauit. ℟. Indutus.
Induit decorem indutus est: indu
tus est dominus fortitudinem et precinxit
se. Etenim firmauit orbem terre:
qui non commouebitur. Parata sedes tua: ex tunc a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine:
eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mi
rabilis in altis dominus. Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis: do
mum tuam domine decet sanctitudo in
longitudinem dierum. Gloria p. ℟.
Indutus est dominus fortitudinem et precinxit se
iacute alla alla alla. ℟. Gloria et hono. jc

Iubilate deo omnis terra: serite
domino in letitia. Introite in
conspectu eius: in exultatione. Sci
ote quoniam dominus ipse est deus ipse fecit
nos. et non ipsi nos. Populus eius
et oues pascue eius. Introite por
tas eius in confessione: atria eius
in hymnis confitemini illi. Laudate
nomen eius quoniam suauis est
dominus in eternum misericordia eius: et usque in
generationem et generationem veritas eius.
Gloria. ℟. Gloria et hono. benedictio sedente